



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio viij

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

trare per angustam portā hos
nō se inuicē preueniēdo cer-
tauerint **Tu autē Lectio ix.**

Deuī qualibet ex causa cōte-
derint nos potius nō carna-
les adhuc discipuli quid ges-
serint: sed spūalis maḡ quid
iussit audiamus. **Dixit autē**
eis Reges gētiū dominātur
eorū et qui potestatē habēt
sup eos bñfici vocant. **Gos**
autē non sic **Sed qui maior ē**
in vobis fiat sicut minor: z q̄
precessor est sicut ministrator.

Tu autē. **Scđm Lucas**
Nillo tēpe: Designauit
dñs iesus et alios septuaḡ ta-
duos: z misit illos binos an-
te faciem suā in oēm ciuitatez
z locum quo erat ip̄e ventur⁹.
Et reliqua. **Omnia be. greg.**

Dñs et saluator nōster iesus
christus fratres charissimi ali-
quādo nos sermonib⁹: aliquā
do vero operib⁹ ammonet. **I**p̄a
enī facta eius p̄cepta sunt q̄r
dū aliquid tacit⁹ facit qđ a-
gere debeam⁹ innōtescit. **E**cce
enī binos in p̄dicatōne di-
scipulos mittit. q̄r enī duo sūt
p̄cepta charitatis dei videli-
cet amor et proximit̄: z minus
q̄ inter duos haberi charitas
non potest. **N**emo enī proprie-
ad seip̄m habere charitatē dicitur
sed dilectione se in alterz
tendit vt esse charitas possit:
binos ad p̄dicandū discipu-

los dñs mittit: q̄t in hoc no-
bis tacitus innuat: q̄r q̄ obas-
ritatem erga alterū non habz
predicationis officiū nullare
nūs suscip̄ debet. **Lectio viii**

Bñ autē subditur **Quia mi-**
sit eos ante faciem suā in om-
nē ciuitatē z locū quo erat ip̄e
se venturus. **P**redicatores em-
sūos dñs sequitur q̄r predica-
tō preuenit: z tūc ad mentis
noſtre habitaculum dñs ve-
nit quando verba exhortatio-
nis precurrūt: atq̄ per hec ve-
ritas in mente suscip̄itur **H**ic
nanq̄ eisdem predicatoribus
elaias ait. **P**arate viam do-
mini: rectas facite semitas di-
nri. **H**inc illis psalmista ait:
Iter facite ei qui ascendit su-
per occasum. **S**uper occasum
nanq̄ dñs ascendit: q̄r vnde
passione occubuit: inde maio-
rem gloriam suam resurgēdo
manifestauit. **S**uper occasum
videlicet dñs ascendit q̄ mor-
tem quam pertulit resurgēdo
calcauit. **E**i ergo q̄ ascēdit su-
per occasum iter facim⁹ cuž nos
eius gl̄iam nostris mētib⁹ p̄-
dicamus: vt eas et ipse p̄v-
niens per amoris sui p̄ntiam
illustret **Tu autē Lectio nona**

Piffis autē p̄dicatoři qđ
dicit audiamus. **M**essis qđ
dē multa: operarij autē pauci.
Rogate ergo dominū messis
vt mūtat operarios in mes-